UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

libet alius, & ſic per huiuſmodi prouiſiones additũ,
& introductũ fuit de nouo, ꝙ illis caſibus, quibus de
iure, & ex forma ſtatutorũ nõ põt procurator in cau
ſis criminalibus cõparere, nõ poteſt etiam compare
re quilibet alius ad defenſionẽ, & ad excipiẽdũ ad fa
uorẽ criminoſi, niſi perſonaliter cõpareat: infertur
ergo, ꝙ illis caſibus, ꝗbus de iure, & ex forma ſtatuto
rũ põt procurator comparere, ut in caſibus, in ꝗbus
poſſet procedi cõtra abſentẽ, & in aliis caſibus, de ꝗ-
bus in d. §. ad crimẽ, & in d. c. veniens ꝑ doctores, po-
terit etiã procurator, & quilibet alius cõparere pro
alio in cauſa criminali, nõ obſtantibus prædictis pro
uiſionibus, quæ dũtaxat factæ fuerũt ad impediẽdũ,
ne quilibet alius ſine mãdato poſſet cõparere in caſi
bus, in quibus quis cũ mandato, & ut procurator nõ
poterat, ut uerba illarũ ꝓuiſionũ clarè inferre viden
tur. Tertio reſpondeo, ꝙ poſito, ſed nõ cõceſſo, ꝙ in
præſenti cauſa nõ poſſetq; procurator, ſiue alius excu-
ſator, ſeu defenſor, aut qnilibet alius, quocũq; nomi
ne uocetur, cõparere ad defenſionẽ, & excuſationẽ,
uel exceptionẽ proponendã ad fauorem rei, ut in di
ctis ꝓuiſionibus, tamẽ nõ denegatur in illis, qn quili
bet poſſit ſaltẽ pro parte rei, & delinquentis cõpare
re ad producendũ teſtes, qui ad fauorẽ ipſius rei de-
ponãt, prout ex alio ſtatuto hoc dicitur expreſsè con
13 ceſſum, ueluti ſupra dictũ fuit: & ſic† per has prouiſio
nes dicetur interdictũ, ꝙ procurator, ſiue alius poſ-
ſit ꝓ delinquente, & reo cõparere ad immediatã de-
fenſionem ipſius, nõ autẽ ad mediatã, uidelicet ad
producendos teſtes, quibus innocentia, & defenſio
rei conuenti probari poſſit, quia ſi iudici hoc eſt cõ-
ceſſum, d. l. & ſi nõ defendantur, cum ſi. ergo & cuili
bet alteri, ut dicit Bart. in d. §. ad crimen, in 3. colum.
14 †multa n. prohibentur immediatè, quæ mediatè cõ
ceduntur, & permittuntur, l. fi. C. de natura. liber. &
per totũ extra de filiis presbyterorũ, maximè in c. ex
tranſmiſſa, iuncto c. quoniam: Per prouiſiones ergo
prædictas dicetur prohibitũ procuratorẽ, ſiue alium
quemlibet poſſe in cauſa criminali cõparere ꝓ alio
ad immediatã defenſionẽ, uidelicet ad excipiendũ,
& ad alia faciendũ, quæ defenſionẽ immediatã con-
tinẽt, ſed nõ dicetur eſſe prohibitũ, ꝙ ꝓcurator, ſiue
alius poſſit cõparere ad aliquid aliud faciẽdũ, quod
cõcernat nõ immediatã defenſionẽ, ſed mediatam,
15 ut eſt teſtes ꝓducere, & inſtrumẽta, † nã ex ꝓductio-
ne teſtiũ etiã pro parte rei nõ infertur neceſſario de-
fenſio ipſius, cũ teſtes ita poſſint deponere contra il-
lum, ſicut ꝓ ipſo reo, arg. tex. in c. de teſtibus, c. quo-
ties, & c. fraternitatis cum gl. fi. extra de teſtibus: Et
iſto modo intelligẽdo has prouiſiones, ꝓut dictũ eſt
in his tribus reſponſionibus, minus pręiudicatur iuri
16 communi, & ab eo minus receditur, ueluti† ſꝑ in du
bio facienda eſt interpretatio, per quã ſtatuta minus
præiudicent iuri cõmuni, ſecundũ quod uoluit Bar.
in l. omnes populi, ff. de iuſtitia, & iure, & probatur,
in c. cum dilectus, & ibi dom. Ant. de conſuetu. & in
l. ſi ſerui, ueſtri, C. de noxalib. & habetur, in l. fi. §. in
cõputatione, C. de iure delibe. ibiq; Ale. & alii: Item
ſic intelligendo, & declarando illas prouiſiones, mi-
17 nus præiudicatur defenſioni, & iuri naturali, † ſuper
quo defenſio eſt fundata, l. qui æquitate, ff. de excep.
doli, l. ut uim, ff. de iuſ. & iur. l. nõ tantum, cũ ibi no.
ff. de appel. & arg. tex. in clem. paſtoralis, §. cæterum
de re iud. ibiq; do. Card. & Imol. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Confeſſio in iudicio facta notorium inducit.*
2 *Procedi ſine inquiſitione, nulloq; iuris ordine ſeruato poteſt, ſtante rei confeſſione.*
Et quomodo hoc procedat nu. 41.
3 *Proceſſus contra aliquem de crimine, nõ præcedente [...] inquiſitione ſuper ea, ualet, ubicunq; reus tacuit, [...] fuit. Quod declaratur nu. 44.*
4 *Mandans homicidium eadem pœna, qua facientes, [...] effectuale homicidium ſequutum fuit.*
5 *Idem ſi factum eius nomine illud poſtea ratum habuit [...] do hoc uerum ſit nu. 45. & 46.*
6 *Homicidium, ſiue delictum nomine, & contemplatione [...] ſe factum, quomodo conſtare poſſit.*
7 *Delictum, ſiue homicidium factum, quomodo quis poſſi[...] tem tacitè ratificaſſe, & nu. 45. & 46.*
8 *Mandatũ homicidij committendi per quæ uerba factũ [...]*
9 *Nec quibus uerbis mandatum fiat, refert.*
10 *Mandaſſe homicidium dicitur, qui rogauit aliquem, [...] ad illud committendum inueniret, quamuis occiſor [...] tus non fuerit.*
11 *Aſſaſſinatus, & conductionis ad interficiendũ crimen [...] mum ſcelus, & acrius, quàm ſimplex homicidium, [...]*
12 *Aſſaſſinatus crimen etiam ex ſimplici mandato, non ſe[...] cto, committitur, & quomodo.*
13 *Et multo magis ſequuto delicto.*
14 *Aſſaſſini quare dicantur conducti pecunia ad occidend[...] nem remiſſum.*
15 *Auctor, & tractator ſceleris, & mali quis uerè, & [...] & nu. 17.*
16 *Confeſſio rei tota, & non pro parte debet conſiderar[...]*
18 *Inimicitia iuſta ſolet induci, quãdo quis in cauſa crim[...] aliquem ad condemnationem inſtat.*
19 *Maior, & nobilior ſcelus, & delictum de mãdato [...] ferioris commiſiſſe non præſumitur, ſed potius [...] illius, de qua ſolum, & non de mandato punitur.*
20 *Actus geminatus, & aſſertio geminata oſtendit anim[...] tum, atque deliberatum.*
21 *Mandans homicidium, & mandatarius non pœna [...] ria, ſed extraordinaria puniuntur, quãdo mandatar[...] interficiendo mandatum exequutus.*
22 *Mandans non magis punitur, quàm mandatarius.*
23 *Mandans homicidium, ſeu delictum non tenetur pœna [...] nec tanquam mandator, ſed tãquam inſtigator, & [...] & ſic minori pœna, ubicunq; inter mandatarium, & [...] inimicitiæ præcedebant, ſeu mandatarius antea [...] ſet illum offenſurum, & aliàs erat facturus, & nu. [...]*
24 *Et quando dicatur aliàs facturus, & nu. 26.*
25 *Et quando tunc etiam delinquendo poſt mandatum [...] mandato feciſſe.*
27 *Mandatum non important uerba aliàs mandatũ importan[...] lata illi, qui aliàs erat facturus, ſed inſtigationem, [...] nem, aut conſilium.*
28 *Inſtigare, hortari, & mandare differunt.*
29 *De mandato alicuius ut quid dicatur factum, requiritur [...] ctum mandato, & nomine illius.*
30 *Mandatum non important uerba enunciatiua & condi[...] prolata, ſed potius perſuaſionem, & inſtigationem.*
31 *Ad crimen aſſaſſinatus, ſeu conductionis ad crimen requ[...]*
Et quid ad huiuſmodi crimen requiratur, nu. 53.
32 *Aſſaſſinatus crimen propriè dicitur conductio, & [...] ductione.*
33 *Conductio abſq; certa mercede data, uel conuenta dici [...]*
34 *Verba hæc generalia, & iactatoria non li uerrei [...] ſoſtenerei fuori, & ſimilia ſui natura non important [...] nem, ſeu obligationem.*
35 *Mandatum homicidij, ſeu delicti cum promiſſione [...] re, uel in ſpecie quando aſſaſſinatum, ſeu conductionem [...] linquendum continere dicatur.*
36 *Contractus innominatus regulatur ſecundum natura[...] ctus, cui aſſimilatur.*
38 *Mandatum delicti non præſumitur factum à minore, [...] maiori, & ſuperiori.*
39 *Mandatũ, conductio, & perſuaſio ad delictum quando [...]*
40 *Mandans, ſeu ordinans alicui, quòd inuaniat homines, [...] Titium occidere, non dicitur homicidium mandaſſe, [...]*

poſtea Titium occidant, de mandato tenetur.
41 *Confeſſio criminis quæ proceſſum, ordinemq́; iudicij requirat, & quæ non.*
42 *Confeſſio criminis facta metu tormentorũ nulla eſt, & ex ea quis puniri non poteſt, ſaltem pœna mortis.*
43 *Sed requiritur illius ratificatio.*
44 *Et quomodo ratificatio ualidè fiat.*
45 *Ex ratificatione in delictis quando, & quomodo quis teneatur, & num. ſequen.*
46 *Delictum quando & quomodo poſſit ratum haberi, & ratificatio æquiparetur mandato, & ex ratificatione probetur mandatũ, & quando non.*
47 *Mandatum præcedere delictum, uel ſaltem in ipſo delicto interuenire debet.*
48 *Delictum meo nomine ab alio commiſſum quomodo, & quando me obliget.*
49 *Præſtans auxilium ante maleficium, uel in maleficio magis punitur, quàm præſtans auxilium poſt maleficium.*
50 *Ratificans delictum minus punitur, quàm mandans, ſeu faciens.*
51 *Ratificari non dicuntur omnia, quæ placent.*
52 *Beneplacitus, & ratificatio differunt.*
54 *Mandatum, & ratificatio delicti non infertur neceſſario ex eo, quod quis pecunias delinquentibus dederit, aut miſerit.*
55 *Teſtes non dicuntur ſingulares, quãdo in effectu in eo conueniunt, de quo eſt controuerſia, & quod probari debet.*
56 *Confeſſio tàm rei, quàm teſtis cum tortura facta, nullis præcedentibus indicijs, etiam millies ratificata non nocet.*
57 *Etiam in crimine læſæ maieſtatis, & in caſibus, in quibus iudex liberum in criminalibus haberet arbitrium.*
58 *Confeſſio per torturam, illiusq́; metum intelligitur facta etiã eo ipſo, quod reus fuerit ligatus, & ad locum torturæ ductus.*
59 *Etiã, ſi ante locum torturæ ſolũ eſſet ſpoliatus, & non ligatus.*
60 *Et ratificata poſtea extra locum torturæ coram eodem iudice, qui illi torturam, ſeu eius metum intulit, dicitur ad huc metu tormentorum facta.*
61 *Confeſſio alicuius per tormenta facta, non præcedentibus legitimis indicijs, ne ad indicium quidem alteri nocet.*
62 *Reus non poteſt de alijs interrogari, & particeps criminis non eſt contra alium etiam ad indicium idoneus teſtis, niſi in quibuſdam caſibus:*
Et quid tunc requiratur, num. 64.
63 *In delictis commiſſis principaliter in iniuriam, & odiũ alterius, ut in homicidio, quis non debet de alio interrogari, & nominatio de alio facta non nocet nominato etiam quoad indicium.*

EPITOME.

SI QVIS hæc, uel ſimilia uerba, *Se ſi trouaſſe uno, che ammazzaſſe Antonio, io l'haurei caro, & non li mancherei mai, & lo ſoſtenerei fuori,* dixit uni, qui poſtea cũ quibuſdam Antonii inimicis, & qui illi mortẽ ſæpius ẽt cũ iuramẽto minati fuerant de ipſo Antonio occidẽdo ſermonẽ habuit, & ab his deinde Antonius fuit occiſus, primũ, qui ſupraſcripta uerba ꝓtulit, pęna mortis, & homicidii, & de mãdato non teneri, nec eſſe puniendum, neq; aſſaſſinatus crimen cõmiſiſſe ex pluribus demonſtratur, quamuis is, intellecto prædicto homicidio, illud ſibi placuiſſe demõſtrauerit, pecuniasq́; occiſoribus poſtea dederit, aut miſerit.

CONSILIVM CLXXV.

IN cauſa homicidii, ut aſſeritur, cõmiſſi de mandato Ioannis Franciſci de Sancto Archangelo, q, ut dicitur, pro illo cõmittendo occiſoribus pecuniã dedit, ſeu ꝓmiſit, q̃onis eſt, an dictus Ioannes Franciſcus ſit pęna mortis, an uerò alia minori puniendus: Et quãuis non reperiã in proceſſu aliquam inquiſitionẽ ꝯ illũ formatã, ſed ſolũ ꝙ ipſe Ioãnes franciſcus cõſtitutus, & ad locũ tormentorũ ductus die 12. Iunii fuit cõfeſſus ſe mãdaſſe Ceccono, prout habetur in dicto conſtituto, & expoſtfacto, quòd ipſe ſuam confeſſionem ratificauit, tamen præſuppoſito abſq; præiudicio ueri-
tatis, ꝙ ad hanc confeſſionem dictus Ioannes Frãciſcus deuenerit cõtra ſe iuris ordine ſeruato, & præcedentibus iis, quæ de iure præcedere debebant, uidetur dicendũ, primo ꝙ ſtante huiuſmodi confeſſione potuerit contra ipſum Ioannẽ Franciſchũ ſine inquiſitionis forma, & alio iuris ordine non ſeruato, procedi, ut uidetur tex. in c. 1. de accuſat. in 6. quia cum
1 † ex confeſſione facta in iudicio inducatur notoriũ,
c. ueſtra, c. fi. de cohabita. clericorum, & mulierũ, ſe-
2 quitur, † ꝙ potuit ꝓcedi ſine aliqua inquiſitione, nul
loq́; iuris ordine ſeruato, c. euidentia de accuſa. c. ad
noſtrã, de iureiu. l. ea quidem, & ibi Bald. & alii, C. de
3 accuſ. & habetur per gloſam, in d. c. 1. ¶ Secundo † li-
cet ad ꝓcedẽdũ de crimine cõtra aliquẽ, & ad hoc,
ut poſſit inquiri, requiratur prius, ut conſtet de infa
mia, & ſup ea præceſſerit inqſitio facta ex officio iu-
dicis, ut in c. qualiter, & quando il 2. de accuſa. cũ ibi
notatis, tamẽ ſi ille, contra quẽ proceditur, tacuerit,
nihilq́; oppoſuerit, ualet proceſſus, & ex illo poteſt
puniri, quia huic ordini uidetur renũciaſſe, prout ſic
renũciare põt, ut eſt tex. & ibi gl. & doctores, in ca. 2.
4 de accuſa. in 6. ¶ Tertio † ex quo per cõfeſſionẽ Ioan
nis Franciſci conſtat de mandato, & de tractatu facto
cũ Ceccono de dicto homicidio cõmiſſo in ꝑſonam
ſer Antonii, ſequitur, ꝙ ipſe debuit ex hoc ſuo mãda
to puniri eadẽ pęna, qua faciẽtes, cũ homicidiũ effe-
ctuale ſequutũ fuerit, ut in l. nõ ſolũ, §. ſi mandato, &
ibi, Bart. ff. de iniuriis, l. non ideò minus, & ibi Bal. &
alii, C. de accuſa. Bal. & cæteri, in l. 1. C. de ſeruis fugi
tiuis, canoniſtæ in c. 1. de offi. deleg. c. mulieres extra
de ſent. excom. ubi glo. & doctores, c. cum ad ſedem
de reſti. ſpoliatorum, Ang. in conſi. 14. nos Carolus.
5 ¶ Quarto † Ioannes Franciſcus expoſtfacto habuit ra
tũ homicidium, qđ fuerat cõmiſſum eius nomine,
& contẽplatione, ergo debuit teneri, & de eo puniri,
arg. d. c. cum ad ſedẽ, & no. per gl. in d. c. mulieres, c.
fœlicis, & ibi gl. de pęnis, in 6. clem. 1. cum gl. eo. tit.
6 Bal. in d. l. non ideò minus: † Quòd autẽ eius nomi-
ne, & contemplatione fuerit commiſſum, cõſtat ex
tractatu facto cum Ceccono, & ex mandato præam-
bulo, ueluti ex confeſſione Cecconi, & Ioannis Fran
ciſci colligitur, qui fatentur habuiſſe ſermonem, &
colloquium ſuper nece dicti ſer Antonii: Vñ ex quo
poſtea ſequutum fuit homicidium, uidetur illud fa-
ctũ nomine, & contemplatione dicti Ioannis Fran-
ciſci, & maximè cũ ſer Antonius occiſus eſſet inimi
cus Ioannis Franciſci, ut ex ſuo cõſtituto colligitur
per ea, quæ uoluit Bald. in l. ob hæc uerba in ulti. col.
ff. de his, qui notan. infamia, & in d. l. nõ ideò minus
7 in antepen. col. C. de accuſat. De † ratificatione uerò
conſtat, quia, ut ex proceſſu, & cõſtituto apparet, qñ
ipſe Cecconus mortẽ ſer Antonii Ioanni Franciſco
nunciauit, Ioannes Franciſcus dixit *ſia laudato Dio*; &
ſic ob illam lętatus fuit, ut Ceccono impoſuit, ꝙ di-
ceret occiſoribus, ꝙ irent ad quandam uineã, ibique
expectarẽt ſer Danielem, qui diceret eis, quid eſſent
facturi, & ſer Daniel portauit illis literas, & quaſdam
pecunias: Item ſæpius ipſe Ioannes Franciſcus miſit
dictis occiſoribus pecunias, & amplexus fuit illos in
domo Ioannis Baptiſtę Paſſarelli, dicens, *io non ui man
carò mai*, ex quibus manifeſtè colligitur ratificatio ſal
tẽ tacita, arg. l. Paulus, cum ſi. ff. rem ratam haberi. Si
8 militer † de mandato dicti Ioannis Franciſci conſta-
re dicitur ex iis, quæ fuit confeſſus ipſe Cecconus, ac
etiam Ioannes Franciſcus, ut ex eorum conſtitutis
colligitur ꝑ illa uerba, *ſe io haueſſi uno, che uoleſſe ammaz-
zare ſer Antonio, io l'harei caro,* & per illa uerba prolata
à Ioanne Franciſco, *ſe ſi poteſſe pur trouare una perſona, ò
due, che ci leuaſſino coſtui dauanti, io non li mancheria mai, & il
ſoſterria fuori à mie ſpeſe.* Item ex eo, ꝙ ipſe Ioannes Frã-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ciſcus, & Cecconus remanſerunt concordes, ꝙ Cec
conus deberet inuenire homines, qui interficerent
dictum ſer Antonium, ut in ultimis uerbis conſtitu-
ti dicti Ioannis Frãciſci habetut: ex quibus uerbis di
9 citur mandatum inferri, quia † nõ refert, quibus uer-
bis mãdatum fiat, uel per uerbum mando, rogo, uel
per alia quæcunq; uerba, ut habetur, per Bart. in d.l.
non ſolum, §. ſi mandato, in 1.q. l. 1. & 2. ff. manda-
ti, & ibi Bart. & dicit Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugitiuis,
in 3. col. uerſi. & probatur &c. ꝙ per uerba imperati-
ui modi puta dicendo, percute, probatur mandatũ:
Item, ꝙ ille dicitur mandare, qui etiã rogando optat
ſe ulciſci: ut ibi per Baldum, & ita fecit dictus Ioan-
nes Franciſcus, ad quod faciunt, quæ habentur per
Aret. & alios poſt Bart. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed
10 quid. ff. de acq. hæred. Et † quamuis Ioannes Franciſ-
cus non fuerit alloquutus occiſores ante homicidiũ
commiſſum, uidelicet Vincentium Battaglinum, &
Ioannem, tamen ex quo alloquutus fuit Cecconũ,
cum quo conſilium, & tractatum de occidendo ſer
Antonium habuit, ut ipſe Cecconus inueniret unũ,
uel plures, qui illum interficerẽt, & ita Cecconus in-
uenit dictos tres occiſores, qui poſtea dictum ſer An
tonium interfecerunt, huiuſmodi homicidium dici
tur factum de mandato ipſius Ioannis Frãciſci, quia
non refert, an quis mandauerit, uel rogauerit imme
diatè occiſores, an uerò mediante perſona alterius,
cui iniunxerit, uel quem rogauerit, ut aliquos inue-
niret, qui interficerent, nam id ſemper dicetur factũ
mandato illius ad effectũ, ut de mandato puniri poſ
ſit, ut in l. 1. §. incidit, & ibi Bar. ff. ad turpilianum, in
l. aut aliter, §. pen. ff. quod ui, aut clàm, ad quæ iura ſe
remittit Bar. in d.l. non ſolum, §. ſi mãdato, in 3. col.
ibi quæro quid ſi. ¶ Quinto uidetur Ioannem Fran-
ciſcum omnino eſſe pęna mortis puniendũ, quia ip-
ſe uidetur cõmiſiſſe, etiam ex ſimplici mandato cri-
men aſſaſſinatus, & conductionis ad interficiendũ,
11 † quod eſt grauiſſimum ſcelus, & acrius, quàm ſim-
plex homicidium, eſt puniendum, l. Cicero, ff. de pę-
nis, Bar. in d.l. non ſolum, §. ſi mandato, c. 1. & ibi ca-
noniſtæ communiter de homicidiis in 6. Ang. in di-
cto conſi. 14. Salic. in d.l. non ideò minus circa finẽ:
12 † Probatũ. n. fuit, ut ex confeſſione tàm Ioannis Frã-
ciſci, q̃ Cecconi conſtat, ꝙ ipſe Ioannes Franciſcus
requiſiuit Cecconum, ut inueniret aliquos, qui inter
ficerent dictum ſer Antonium, & ꝙ illis nunquã de-
ficeret, ſed ſemper ſubueniret, & expenderet pro il-
lis rebanniendis, quodq́; poſt homicidium ipſe Ioã-
nes Franciſcus ſæpe pecunias interfectoribus dedit,
& miſit, & cõſequenter dictos interfectores condu-
xit ſub ſpe mercedis, ex quibus infertur crimen aſſaſ
ſinatus, ut in d.c. 1. per doctores, & per Barto. in d. §.
ſi mandato, & per Angelum notabiliter in d. conſil.
14. Quod delictum conſumatur etiã ex ſimplici mã
dato, quamuis poſtea non fuiſſet ſequutum delictũ,
hoc eſt homicidium, † multo magis ergo quando ſe
13 quutum fuit, ut eſt tex. & ibi glo. & doctores, in d. ca.
1. de homicid. in 6. Bald. in d.l. non ideò minus, in 1.
colum. & habetur per Alexan. poſt Bartolum in d. §.
14 ſi mandato, & per Angelum in d. conſilio: † Quare
autem homines huius generis dicantur aſſaſſini, ha-
betur per Archidiaco. Dominicum, & alios, in d. ca.
1. & per Alberi. in dictionario ſuo in uerbo aſſaſſini,
& per Bald. in l. 1. §. hæc autem uerba, ff. quod quiſq;
iuris. ¶ Cæterum his omnibus minimè obſtantibus,
partem contrariam in caſu, de quo agitur, puto eſſe
ueriorem, quòd ipſe Ioannes Franciſcus non ſit pę-
na mortis puniendus, ſed alia extraordinaria, prout
ex infra dicendis demonſtrabitur, præſupponẽdo ta-
mẽ in primis aliqua in facto, quę ex ꝓceſſu, & ſcriptu

ris mihi exhibitis colliguntur, primo ꝙ ante
Ioannes Franciſcus ſuper tractatu, ſeu collo
requirendo, & inueniendo aliquos, qui inte
ſer Antonium, ſermonem haberet cum dic
cono, ipſe Cecconus, ut eſſe ueritatem aſſeri
ſitus fuit à Battaglino, qui fuit unus ex occ
ſer Antonii, an uellet ſecum intereſſe occiſio
ſer Antonii, & quòd ipſe Cecconus reſpond
pare, io non li uorria interuenire, ma pur per farin apia
interuerrò: & hæc dicta fuerunt per eos apud p
S. Archangeli, in quo loco ipſi deliberation
cluſionem fecerunt de interficiendo ſer Ant
& quòd expoſtfacto idem Battaglinus acceſ
lianum, & ſimiliter requiſiuit Ioannem Bri
ad huiuſmodi homicidium committendum
ceptauit, & conuenit de interficiendo ſer A
prout dixit dictus Battaglinus ipſi Ceccono
rogatus reiterauit Cecconus hanc eſſe ueri
quibus conſtat, quòd Cecconus antea fuera
taglino requiſitus, quàm ab ipſo Ioanne F
conſtituto, item, quòd ipſe Battaglinus fui
propriè auctor, & tractator mali, huiuſq
15 cidii, quia † uerè, & propriè auctor, & tra
leris eſt, qui colloquio habito cum alio,
unum locum conuenit pro diſcutiendo,
dendo ſuper ſceleris perpetratione, ut col
l. & ſi amicis, ff. de adul. cum ibi not. iunc
uoluit Ang. in d. conſil. 22. incipien. pro
Nec obſtat, quòd expoſtfacto Cecconus
tiſper à ſolo mandato domini Auditoris
ſuo couſtituto dixerit, quòd dum ipſe, &
Franciſcus exiſterent in loco *detto al pogg*
nes Franciſcus interrogauit eum, an habere
qui interficeret, ſeu uellet interficere ſer An
quòd hoc eſſet ſibi gratum, & tali nunquam
ret, illiq́ue præſtaret expenſas, & alimenta
conus reſpondit, ſe uiſurum, & quod dein
loquutus Ioannem, & prout in dicto ipſius C
habetur: quia reſpondetur, quod poſito
ultimo loco dicta uera fuiſſe, tamen propter
excludunt, quin prius ipſe Cecconus fuerit
glino requiſitus, & quin Battaglinus fuerit
leris auctor, & tractator, priuſq́ue fuerit allo
Cecconum, & remanſerint ambo concorde
terficiendo ſer Antonium ante quàm Ioann
ciſcus Cecconum ſuper hoc requiſiuiſſet, p
conus ipſe in dicto ſuo affirmauit, & eſſe u
16 iurauit: & ideò † conſiderando totam confe
ſuam, totumq́ue eius dictum, prout tot
debet conſiderari, non autem partem illam
quæ facit contra Ioannem Franciſcum, & al
quæ facit ad illius fauorem iuxta ea, quæ ha
per Barto. in l. aurelius, §. idem quæſit, ff. de
lega. nam cum Cecconus etiam pro curia
tus fuerit contra ipſum Ioannem Franciſcum
tur, quòd eius dictum debet recipi, & intelli
ad fauorem Ioannis Franciſci iuxta notata,
præſentia, ubi glo. & docto. extra de proba.
quòd ipſe Ioannes Franciſcus nõ fuit auctor,
dinator, ſeu primus inuentor ſceleris, cum
lus iam inter alios ordinatum aſſenſus ſit, ue
ſiuerit etiam tractãdo, ut fecit, l. in hoc iudic
17 de ſer. corrup. † nam ille ordinat, ſeu auctor
ſilio, ſeu tractatu prima cauſa cædis fuit, l. 3.
autem malo, ff. ui bonorum raptorum, & in
non homines iuncta glo. in uer. coactus, l.
multa facinora, C. ad legem iuliã de ui pub.
cum ſimilib. ¶ Secundo præſupponendum
ut ex dictis plurium teſtium examinatorũ
ꝙ ſer Antonius erat homo, q̃ propter eius

ta, maloſq; mores cōiter odio habebatur, & maxi-
mè ab ijs, qui illum interfecerunt, & ꝙ Ioannes Ber-
ſanus, & Battaglinus erant ſui inimici, & ſæpe mina
ti fuerunt illū interficere, propterea quia dictus ſer
Antonius ipſos perſequebatur, vt cōdemnarentur,
& caperentur, & ponerentur ad torturam, & ꝙ erāt
huius animi, & propoſiti interficiendi dictum ſer
Antoniū, & cū iuramento ſæpius affirmauere, ꝙ ſi
eis occaſio daretur, volebant illum interficere, & ꝙ
non erat moriturus niſi per eorū manus, & ſimilib.
alijs verbis vtendo, prout in teſtium depoſitione cō
tinetur: ex qua atteſtatione apparet, ꝙ dictus Ioan-
nes Berſanus, & Battaglinus occiſores erant inimi-
ci ipſius ſer Antonij, & ſæpius illi minati fuerūt mor
18 tem ex cauſa, quæ ſolet iuſtā inimicitiā inducere, † vi-
delicet quia ſer Antonius in cauſis criminalibus ꝯ il
los inſtabat, & inſterit, vt cōdemnarentur, iuxta quæ
habentur in cap. cum P. & in cap. meminimus extra
de accuſatio. & ibi not. per gloſam, & doctores: Præ
ceſſerunt ergo inimicitiæ, & minę dicti Ioannis Ber
ſani, & Battaglini aduerſus dictum ſer Antoniū an-
te tractatum, & requiſitionē factā à Ioan. Franciſco,
& ante, ꝗ ipſe Ioannes Frāciſcus haberet colloquiū
cū Ceccono ſuper morte ſer Antonij, ſeu inuentio
ne aliquorum, qui eū interficerent: Item illi, qui fue
runt à Ceccono requiſiti, prius fuerant ſer Antonij
inimici, quam deliberauerint illum interficere, ac
ei mortem ſæpius minati ſunt, vt dictum eſt. ¶ Præte
rea præſupponitur ēt in facto, ꝙ Ioannes Franciſcus,
attenta qualitate, & conditione ſua, non erat nobi-
lior, nec maior Vincentio Carabetta, ſed inferior,
19 & ignobilior, † & ſic non eſt veriſimile, ꝙ ipſe Vin-
centius motus fuerit ad interficiēdum ſer Antoniū
ex mandato, & iuſſu Ioānis Franciſci, vt in terminis
voluit Bal. & ibi ſequitur Pau. de Caſt. in l. 1. C. de ſer
uis fugitiuis, quod multū cōmendat ibi Pau. de Caſ.
ad concludendū, ꝙ ille, qui eſt maior, & ſuperior,
ſeu nobilior, non dicatur ſcelus, ſeu homicidiū cō-
miſiſſe de mādato, ſeu iuſſu minoris, aut inferioris,
ſed potius ex inſtigatione, & perſuaſione illius, ita ꝙ
non debeat teneri mandans de mādato, ſed ſolū de
inſtigatione, & ſic pœna minori, & extraordinaria,
non autē pœna mortis: & dicit Pau. de Caſt. hæc mul
tū notanda eſſe ad defendendū aliquē à pœna mor-
tis, qñ ꝯ ipſum de mandato procederetur iuxta ea,
quę habentur in c. ſicut dignū de homicidio cum in
fra allegandis, & ita etiā eſt de mente Bartoli in d. l.
non ſolum, §. ſi mandato in 2. q. cum ſeq. Et notan-
dum, eſt ꝙ ex quo præfati Ioannes Berſanus, & Bat-
taglinus ſępe minati fuerunt, & quandoq; cum iura
mento, videlicet *al corpo di Chriſto*, vel per ſimilia uer
ba iuxta quæ habentur in c. & ſi Chriſtus de iureiu-
rando, ipſi dicuntur habuiſſe deliberatum animum
interficiendi ſer Antonium, quia † actus geminatus,
& aſſertio geminata oſtendit animum deſtinatum,
& deliberatum ad notata per Alex. in l. 1. in princip.
ff. de uerb. oblig. l. cum oſtendimus, ff. de fideiuſſo.
toto l. ſimiliter cum auth. pręceden. C. ad velleianū,
Fel. in c. ſi cautio de fide inſtrumento. cum ſimilib.
¶ Stantibus his, dico in caſu noſtro omnino conclu
dendum eſſe ad fauorem Ioannis Franciſci, ac etiā
Cecconi, † ꝙ ipſi non ſint pœna mortis, ſed alia mi
nori, & extraordinaria puniendi: quia licet Cecco-
nus fortè recepiſſet mandatum de interficiendo ab
ipſo Ioanne Franciſco, tamen ipſe non interfecit,
nec fuit præſens, ſed tunc erat in quadam domo, &
ſic quoad ipſum non dicitur ſequutū homicidium,
quia is interficiendo nō fuit mandatum exequutus,
ergo non poteſt puniri pœna ordinaria mortis, ſed
extraordinaria, ex quo ſumus in atrocibus criminib.
l. 1. ff. de extraordin. crimin. Bar. in terminis in dicta
l. non ſolum, §. ſi mandato in uerſic. hoc præmiſſo
quæro &c. Et ſi ipſe Cecconus, cui factum fuit man-
datum, non debet puniri pœna mortis, ſed extraor-
dinaria, ergo idem dicendum eſt etiam de ipſo Ioan
ne Franciſco, qui ſolum mandauit, ſi mandatum in
22 teruenisse dicitur, † nā minus, vel ſaltem non magis
punitur mandans, quā mandatarius, ut habetur per
illum textum, & ibi Bar. Bal. Sali. & alij in d. l. non iō
minus, & tradit Bal. in d. l. 1. C. de ſeruis fugitiuis, &
in d. l. ob hæc verba, ff. de his, qui notan. infamia, per
ſcribentes in c. mulieres de ſenten. exc. poſt gloſam,
& per Bartolum, & Alex. in d. l. non ſolum, §. ſi man-
dato cum iis, quæ habentur in c. 1. de officio deleg.
23 ¶ Secundo facit, nam † qñ quis alicui per uerba etiā
de iure importantia mandatum mandauit homici-
dium, ſeu ſcelus aliquod perpetrari, ſi inter manda-
tarium, & offenſum præcedebant inimicitiæ, ſeu ip-
ſe mandatarius fuiſſe deliberato animo, ut quia ſæ-
pius hoc feciſſet, ſeu cum iuramento minatus eſſet
ante mandatum ſibi factum ipſum offenſurū, tunc
ille, qui mandauit, non tenetur de mandato ad effe-
ctū, ut poſſit puniri pęna mortis ordinaria, ſed leuio
ri, & extraordinaria, tanquā inſtigator, & perſuaſor,
qñ ratione præambulæ inimicitiæ, & ob minas præ
cedentes præſumitur, ꝙ ille, qui cōmiſit maleficiū,
illud cōmiſerit aliàs facturus, & ſic non ex mandato
mandantis, ſed ex illius inſtigatione, & tunc tale nō
dicitur proprie mandatū, ſed potius inſtigatio, &
perſuaſio, vt volunt Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. 1. C. de
ſeruis fugitiuis, & idem voluit Ang. in d. conſi. 22. &
qñ mandatarius aliàs erat facturus, tunc mandans
non punitur de mandato, ſed de perſuaſione, & ſic
minori pęna, vt uoluit Bal. in d. l. non ideò minus in
pen. col. Idem, & clarè voluit Bart. & ſequitur Alex.
in apoſtil. in d. l. non ſolum, §. ſi mandato in vltima
col. qui dixit, ꝙ hęc diſtinctio, an aliàs erat facturus,
nec ne, non cadit in mandato, ſeu in mandatario,
quia ſi aliàs fuiſſet facturus, non diceretur facere ex
mandato, ſed potius ex perſuaſione, & ſic leuius eſ-
24 ſet puniendus: An † autem aliàs eſſet facturus, colli-
gitur, & probatur ex eo, ꝙ præceſſerant inimicitiæ,
vel minæ deliberatę, & ueriſimiles, ut quia ſæpius ip
ſe mandatarius ante mandatum minatus fuiſſet, ut
fuiſſet, ut dixi ſupra, & maximè habetur per Iacob.
Butr. in l. 1. ff. de eo, per quem factū erit, & ibi docto
res, Alex. & alij cōiter: idem voluit Bal. in d. l. 1. C. de
25 ſeruis fugitiuis: † Et quamuis ille, qui erat facturus,
& cui fuit mandatum, poſtea delinquendo poſſit di
ci illud feciſſe ex mandato ad tradita per Bald. in l.
metum, C. quod metus cauſa, c. cum quis de ſenten-
tia excōicationis in 6. tamen hoc eſt uerum, qñ po-
ſtea mandatarius illud fecit nomine mandantis, ut
ibi per Baldū: & ideò ad hoc, vt ille, qui aliàs erat fa-
cturus, dicatur ex mādato feciſſe, neceſſe erit proba-
re, ꝙ id fecerit nomine mandantis, cū in dubio præ-
ſumatur feciſſe non ex mandato, ſed potius ex inſti-
gatione mandatarij per prædicta, qa hæc diſtinctio,
an aliàs fuiſſet facturus, nec ne, nō habet locū in mā
dato, ſeu in mandatario per prędicta: ita eſt de mēte
Baldi, qui ſic debet intelligi in d. l. metum: & licet in
dubio non præſumatur, ꝙ quis aliàs fuiſſet facturus
argu. l. merito, ff. pro ſocio cum ſimilibus, vt voluit
26 Bal. in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſunt: † tamē
ſi probentur minæ veriſimiles, & deliberatæ, ac ſæ-
pius reiteratæ per prædicta, vel inimicitiæ, ut quia qs
ꝯ aliquē proceſſiſſet ēt iuſtè in cauſa criminali, uel
teſtificando, uel inſtigando, aut accuſando, uel ali-
ter procedendo, vt in d. c. cum P. & in d. c. repellan-
tur, & in d. c. meminimus de accuſation. tunc ceſſat

illa prima præſumptio,& præſumitur,ꝙ aliàs fuiſſet
facturus,& ideò ſi etiam interueniſſet poſtea mãda-
tum illud, non habet uires mandati, nec iudicatur,
ut mandatum,ſed potius dr̃ perſuaſio,& inſtigatio,
vt ſupra,& habetur per Bal.in d.l.metum: Itẽ proba
ri dicitur ꝙ aliàs eſſet facturus, qñ ante mandatum
factum aliqua præparamenta feciſſet,vt quia habuiſ
ſet colloquium,& tractatum de interficiendo, & cõ
mittendo ſcelus, arg.not.in l. apud celſum in princ.
ff.de doli excep.& not.in l. fulcinius, §.quid ſit lati-
tare,ff.de quibus ex cauſis in poſſeſſio.eatur,per An
27 ge.in d.l.1.ff.de eo,per quẽ factum erit:Et† dicit Bar
to.in d.§.ſi mandato omnia verba aliàs ex ſui natura
importantia mandatum, ſi fuerint prolata illi, qui
alias erat facturus,non importare mandatũ, ſed per
ſuaſionem,& inſtigationẽ,aut conſiliũ; faciunt not.
per Bar.in l.1.in princ.ff.mandati,& ibi Alex.in apo
28 ſti.† Aliud.n.eſt inſtigare,aliud hortari,& aliud mã-
dare,d.l.ob hæc uerba;& ibi glo. & Bal.ff. de his qui
not.infamia; & plus punitur mandans, quã inſtiga-
tor,ſeu conſilium dans,vel hortator,vt ibi per Bald.
& per Barto.& oẽs in d.§. ſi mandato, per Ang.in d.
conſi.22.& per glo.in d.c. ſicut dignum in uer.inſti-
gante de homicidio, & per Bal.& Pau.in d.l.1.C.de
ſeruis fugiti.& dixit Bal. in d.l.ob hæc, ꝙ ſi tu vole-
bas hominem interficere, egoq; hoc tibi perſuaſi,
non teneor de mandato, ſed de perſuaſione, & con
ſilio: quoniam in perſuaſione, & conſilio cadit illa
diſtinctio,an quis aliàs eſſet facturus,nec ne,non au
tẽ in mandato: quare non poſſumus dicere, ꝙ ipſe
Ioan.Franc.poſſit puniri de mandato,ſiue conſide-
remus perſonam,& factum Cecconi,ſiue perſonas,
& factum Ioannis Berſani, Vincentij, & Battaglini,
nã ex quo Cecconus homicidiũ actualiter non cõ-
miſit,ſed remanſit in ſimplici mandato, ſi mandatũ
dici põt, non debet pœna ordinaria mortis ex hoc
puniri Io.Franc.ſed extraordinaria l.1.ff. de extraor
dinaria.crimin.Bar.in d.l.non ſolum,§.ſi mãdato in
2.q.ut dixi. Præterea ipſe Cecconus fuit requiſitus à
Battaglino ante,quam eſſet requiſitus ab ipſo Ioan.
Franciſco, & promiſerat Battaglino, quinimmo Io.
Franc.dixit,ꝙ nolebat ipſum Cecconum interficere
ſer Antonium, propterea quia Cecconus erat pau-
per,& grauatus familia, ergo colligitur nullũ inter-
ueniſſe mandatum inter Ioan.Franciſcum, & Cec-
conum: Item ex quo alij, qui actuale homicidiũ fe-
cerunt,aliàs erant facturi,videlicet Battaglinus,Ioã
nes,& Vincentius,licet poſtea fuerint nomine Ioan
nis Franciſci requiſiti, ꝑꝑ hoc tamen non ſequitur,
ꝙ ipſi illud fecerint ex mandato Ioannis Franciſci,
ſed potius ex illius inſtigatione, & perſuaſione.
¶ Præterea conſiderandum eſt,ꝙ Cecconus,qñ fuit
alloquutus dictos occiſores ſuper occiſione ſer An-
tonij, non nominauit Ioan. Franciſcum, nec ꝙ de
eius cõmiſſione ipſos alloqueretur, ſed ſemper, vt
conſtat ex proceſſu, fuit loquutus per uerba genera-
lia,non nominando aliquẽ,& præſertim d.Ioan.Frã
ciſcum,& ideò non poteſt dici, ꝙ ipſi illud homici-
dium fecerint nomine, & mandato Ioan. Franciſci
29 eis non denominati, † prout requiritur ad hoc,ut ip
ſi dicantur feciſſe de mandato, & nomine illius ar-
gumẽto eorum, quæ habentur per gl.in c. fęlicis de
pęnis,& in clem.1.eo.ti.per Bal.in d.l.non iõ minus
in antepe.col.& infra tangetur. ¶ Præterea,& tertio
vltra prædicta nullum dicitur interueniſſe manda-
tum inter Cecconum,& Ioannem Franciſcum, ſeu
etiam inter ipſos occiſores, etiam præſuppoſito, ꝙ
non adeſſet præſumptio, ꝙ aliàs fuiſſent facturi,
quia non interuenerunt uerba apta mandatum, &
quæ de iure dicantur mandatũ continere, nam hæc

fuerunt uerba prolata Ceccono, *ſe io haueſſi* ...
leſſe ammazzare: Item ſimiliter, *ſe ſi poteſſe hauere* ...
trouare vno, o due, che mi leuaſſero dauanti coſtui, ...
30 do *de ſer Antonio, non li mancherei mai &c.* † quæ ...
ſint enunciatiua,& conditionaliter prolata, ...
portant mandatum, ſed potius quandam per...
nem,& inſtigationem, vt ſingulariter colli...
ijs, quæ voluit Bart. iunctis not.per Alex.in ...
princ.ff.mandati, & per Aret.in l.ſi quis mihi ...
§.ſed quid in 2.col.ff.de acq.hæred.gl.& Bart ...
pupilli,§.videamus,ff.de nego.geſt.& iõ in...
de mandato,ſi conſtet de inſtigatione,& per...
ne eo modo,quo ſupra dictum fuit, non debe...
demnari,ſed abſolui l.qui accuſare,C.de ede...
no.in l.diuus, ff.ad l.Cornel. de ſicar.c.1.2.q. ...
aliud eſt mandare, aliud eſt inſtigare d.l.ob ...
ibi not. per Bald.in uer. procedamus &c. Q...
prędictis inferri poteſt, ꝙ non poteſt dici ...
Ioannis Franciſci commiſſum crimen aſſaſ...
ſeu conductionis ad crimen committendum ...
31 niam cum † ad crimen aſſaſſinatus, ſeu con...
nis requiratur mandatum, ut eſt tex.in d.c.1. ...
micidio in 6.& ibi gl. & doct.& tradit Bart. ...
in d.l.non ſolum, §.ſi mandato in 1.& 3.q. ...
tur, ꝙ in caſu noſtro non poteſt dici iſtud ...
fuiſſe commiſſum, ex quo propriè, & uer...
tum non interuenit, ſed potius perſuaſio, ...
32 gatio. ¶ Quarto hoc poteſt confirmari, q...
men aſſaſſinatus propriè dr̃ conductio,& ...
te conductione, Bart.in d.§.ſi mandato,& ...
33 omnes in d.c.1.de homicid.in 6.ſed † cond...
ci nõ põt abſq; certa mercede data,uel conſ...
in l.2.ff.loca.& Inſtit. de loca.& conduct in p...
in caſu noſtro non interuenit datio, uel pro...
certæ pecuniæ, uel mercedis tempore, quo ...
fuit colloquium inter Ioannem Franciſcum, & ...
34 conum,ſeu inter ipſos occiſores, & Ceccon...
ſimpliciter interuenerunt uerba iactatoria, & ...
ralia de faciendo, *& dicendo, che non li uerria mai* ...
